




DOMINICA V. POST OCT. TRINITATIS.


Oratio.


DEUS, cujus providéntia in sui dispositiône non fállitur ꝛ
te súpplīces exorámus : ut nóxia cuncta submóveas ꝛ
et ómnia nobis profutúra concédas : Per.


Ad Magnif. 


Ant. 


viiij. toni. 

NON omnis, qui di-cit mi-hi Dó-mi-ne 

Dómine, intrábit in regnum cælórum : sed qui facit 

vo-luntátem Patris me-i, qui in cæ-lis est, ipse 

intrá-bit in regnum cælórum, alle-lú-ia. Cant. Ma- 

gní- ficat. e u ó u a e. 

DOMINICA VI. POST OCT. TRINITATIS.

Oratio.

LARGIRE nobis, quæsumus Dómine, semper spíritum
cogitándi quæ recta sunt, propítius, et agéndi : ut qui
sine te esse non póssumus ꝛ secúndum te vívere valeá-
mus : Per.